Demosthenis quoque astutia mirificè cuidam ancillæ suæ cursū est, quæ pecuniam depositi nomine à duobus hospitibus acceperat, ea cōditione, ut illam simul utrisque redderet. duorum alter interiectio tēpore, tanquam mortuo socio, squalore obfusus, decepta ea omneis nūmos abstulit. Superuenit deinde alter, & depositum petere cœpit. Hærebatur misera in maxima pariter & pecuniæ & defensionis penuria: iamque de laqueo & suspensio cogitabat. Sed opportunè Demosthenes ei patronus affulsit: qui ut in aduocationē veniret: Mulier, inquit, parata est depositi se fide soluere: sed nisi sociū adduxeris, id facere nō potest. Quoniā ut ipse vociferaris, hæc dicta est lex, ne pecunia alteri sine altero numeretur.

EX EODEM, LIBRO octauo, capite 7.

Demosthenes, cuius cōmemorato nomine, maxime eloquētis cōsumatio audietis animo oboritur, cū inter initia iuuetis, artē, quā affectabat, primā literā dicere nō posset, oris sui vitiū tanto studio expugnauit, ut ea à nullo expressius efferretur. Deinde propter nimiam exilitatē acerbam auditu vocem suam exercitatione cōtinua ad maturū, & gratū auribus, sonū perduxit. Lateris etiam firmitate defecit, quas corporis habitus vireis negauerat, à labore mutuat⁹ est. Multos. n. versus vno impetu spiritus cōplectebatur, eosque aduersa loca celeri gradu scandēs, pronūciabat. Ac vadosis litoribus, insistentes declamationes fluctuū fragatoribus, oblutantibus, edebat, ut ad si emitus cōcitatarū cōcionū patiētia duratis auribus, vteretur. Fertur quoque ore insertis calculis multū ac diu loqui solitus, quod vacuum proprius esset ac solutius. Pugnatus est cōtra rerū naturam, & quidē victor abiit, malignitatem eius pertinacissimo animi robore superando. Itaque alterum Demosthenem mater, alterum industria enixa est.

EX EODEM, LIB. EOD. CAP. X.

Cōsētaneum hic Demosthenis iudicium, qui cū interrogaretur, quidnam esset in dicēdo efficacissimum respondit, *ἡ σπουδαιότης*. Iterum deinde & tertio interpellatus, ibidē dixit, penè totū se illi debere cōsistendo. Rectè itaque Aeschines, cū propter iudicialem ignominiam relictis Athenis Rhodum petisset, atque ibi rogatus ciuitatis suam prius in Ctesiphōtem, deinde Demosthenis pro eodē orationē clarissima & suauissima voce recitasset, admirantibus, cūctis utriusque columinis eloquentiam, sed aliquanto magis Demosthenis. Quid si, inquit, ipsū audissetis? tantus orator, & modò tam infestus aduersarius sic inimici vim, ardoremque dicendi suspexit, ut se scriptorum eius parum idoneam lectorem esse diceret: expertus acerrimum oculorum vigorem, terribile vultus pondus, accommodatū singulis verbis sonū vocis, efficacissimos corporis motus. Ergo etiam operi illius adici nihil potest, tamen in Demosthene magna pars Demosthenis abest, quod legitur potius, quàm auditur.

EX EODEM, EX QUINTILIANO, libro 3. capite 8.

Nam & Philippicas Demosthenis, eisdē, quibus habitas in iudiciis orationes, video eminere virtutibus: & Ciceronis sententiæ & conciones, non minus clarum, quàm est in accusationibus ac defensionibus, eloquentiæ lumen ostendunt.

DE EODEM LIBRO quarto, capite 2.

Frequenter verò & à re narrationis initium faciendum est: sicut pro Tullio Cicerone, Fundū habet in agro Tigurino M. Tullius paternū. Demosthenes pro Ctesiphonte, *τὸ δὲ φοικὴν οὐσείντ' ὁ πολέμῳ*.

EX EODEM, LIBRO sexto, capite 1.

Plurimū tamē affert atrocitatis, modus, si grauer, si cōtumeliose: ut Demosthenes ex parte percussū corpo-

vultu ferientis, ex habitu invidiam Midiae quaerit.

EX EODEM, LIB. EOD. CAP. II.

Namque in hoc eloquentiae vis est, ut iudicem non ad id tantum impellat, in quod ipsa rei natura ducitur: sed aut qui non est, aut maiorem quam est, faciat affectum. Haec est illa, quae *δεινότης* vocatur, rebus indignis, asperis, inuidiosis addens vim oratio: qua virtute praeter alios plurimum Demosthenes valuit.

LIB. EOD. CAP. III.

Quanta sit autem in ea difficultas, vel duo maximi oratores, alter Graecae, alter Latinae eloquentiae principes docent. Nam plerique Demostheni facultatem huius rei defuisse credunt, Ciceroni modum. Nec videri potest noluisse Demosthenes, cuius pauca admodum dicta, nec sane ceteris eius virtutibus respondentia palam ostendunt non displicuisse illi iocos, sed non contigisse. Noster vero non solum extra iudicia, sed in ipsis etiam orationibus habitus est nimis risus affectator.

CAP. EODEM.

Dicacitas sine dubio a dicendo, quod est omni generi commune, ducta est: proprie tamen significat sermonem eum risu aliquo incessentem. Ideo Demosthenem urbanum fuisse dicunt, dicacem negant.

LIB. EOD. CAP. VLT.

Laudatur consilium Demosthenis, quod, cum suaderet bellum Atheniensibus, parum id prosperum expertis nihil factum esse ratione monstrat. poterat enim emendari negligentia. At, si nihil esset erratum, melioris in posterum spei non erat ratio. Idem cum offensam vereretur, si obiurgaret populi segnitiam in asserenda libertate reipublice: maiorum laudi uti maluit, qui eam fortissime administrassent. Nam & faciles habuit aureis, & natura sequebatur, ut meliora probanteis peiorum poeniteret.

LIB. VII. CAP. I.

Sed meminerimus ipsam dispositionem plerumque utilitate mutari, nec eandem semper primam questionem ex utraque parte tractandam. Cuius rei, ut cetera exempla praeteream, Demosthenes quoque atque Aeschines possunt esse documento, in iudicio Ctesiphontis diversum secuti ordinem, cum accusator a iure quo videbatur potentior, ceperit patronus omnia, vel penes omnia ante ius posuerit, quibus iudicem, quaestioni legum prepararet. Aliud enim alio docere prius expedit: alioqui semper petitoris arbitrio diceretur,

LIB. IX. CAP. II.

Et Demosthenes iurando per interfectos in Marathonem & Salamem, id agit, ut minore invidia cladis apud Chazoneam acceptae laboret.

LIB. EOD. CAP. III.

Gradatio, quae dicitur *κλίμαξ*, a pertiorē habet artē, & magis affectata, ideoque esse rarior debet. Est autem ipsa quoque adiectionis, repetitio, quae dicta sunt: & priusquam ad aliud descendat, in prioribus resistit. Eius exemplum ex Graeco notissimum (Demosthenis pro Ctesiphonte,) transferatur. Nec haec dixi quidem, sed non obij legatione: nec obij quidem, sed non persuasi Thebanis, sed a principio progressus re totam gradatim & singillatim ad exitum perduxi.

LIB. EOD. CAP. VLT.

Inuadit ergo haec inter ceteras vocē. Neque enim Demosthenes fulmina tantopere vibrasse diceretur, nisi numeris contorta ferretur. In quo, si hoc scimus, rhythmis contorta, dissētio. Nam rhythmi, ut dixi, neque sine habet certum, nec vllam in contextu varietatem, sed quae ceperunt sublatione ac positione, ad finem usque decurrunt: oratio non descendit ad strepitum digitorum. Id quod Cicero optime videt, ac testatur frequenter, sed quod numerosum sit, querere: ut magis non *ἀρρηκτοῦ*, quod esset inscitum atque agreste, quam *ἀρρηκτοῦ*, quod poeticum est, esse compositionem velit: sicut etiam quos palaestritas esse volumus, pe-

Elogia.

ritos tamen palaestrae esse volumus, non ἀπαλαίτους.

LIB. EOD. CAP. EODEM.

Proximam clausulis diligentiam postulant iniriā, nam & ad haec intentus auditor est. Sed eorum facilius ratio est. Non enim cohaerent aliis, nec praecedentibus seruiunt: sed nouum exordium sumunt, cum illae, quamlibet sint compositae, ipsam gratiam perdant, si ad eas rupta via veniamus. Namque cum sit, ut videtur, seuera Demosthenis compositio, *ἀσχητόν μὲν, ὡς ἀνδρες ἀδύνατοι, τοῖς θεοῖς δὲ ὅμοια πᾶσι καὶ πάσαις.* & illa quae ab uno (quod sciam) Bruto minus probatur, ceteris placet, *καὶ μὴ πᾶσι ἑλληνὶ μὲν δὲ τοῦδε.* non desunt qui Ciceronem carpant in his, Familiaris ceperat esse balneatori, & Non minus dura Archipiratae. Nam balneatori, & Archipiratae idē finis est qui *πᾶσι καὶ πάσαις*, & qui, *μὴ δὲ τοῦδε.* sed propria sunt, ideo seueriora.

LIB. X. CAP. I.

Neque id statim legenti persuasum sit, omnia, quae magni autores dixerint, utique esse perfecta. Nam & labuntur aliquando, & oneri cedunt, & indulgent ingeniorum suorum voluptati: nec semper intendunt animum, & nonnunquam fatigantur: cum Ciceroni dormire interim Demosthenes, Horatio vero etiam Homerus ipse videatur. Summi enim sunt, homines tamen: acciditque iis, qui quicquid apud illos repererunt, dicendi legem putant, ut deteriora imitentur (id enim est facilius) ac se abunde simileis putent, si vitia magnorum consequantur.

LIB. EOD. CAP. EOD.

Sequitur oratorum ingens manus, cum decem simul Athenis aetas una tulerit: quorum longē princeps Demosthenes, ac penes lex orandi fuit. tanta vis in eo, tam densa omnia, ita quibusdam neruis intenta sunt, tam nihil ociosum, is dicendi modus, ut nec quid desit in eo, nec quid redundet, inuenias.

LIB. EOD. CAP. EOD.

Oratores vero vel praecipue Latinam eloquentiam parem facere Graecae possunt. Nam Ciceronem cuiuscunque eorum fortiter opposuerim. Nec ignoro quantum mihi concite pugna, cum praesertim id non sit propositum, ut eum de Demostheni comparē hoc tempore: neque enim attinet: cum Demosthenē in primis legēdum, vel ediscēdum potius putē. Quorum ego virtutes plerasque arbitror simileis, consilium, ordinē: diuidēdi, preparandi, probandi rationē, omnia denique, quae sunt inuentionis. In eloquēdo est aliqua diuersitas: desior ille, hic copiosior: ille concludit adstrictius, hic latius pugnabit ille acumine saepe, hic frequenter potere. illi nihil d. trahi potest, huic nihil, adici: cura plus in illo, in hoc natura. Salibus certe, & comiseratione (qui duo plurimum affectus valent) vincimus. Et fortasse epilogos illi mos ciuitatis abstulerit: sed & nobis illa, quae Attici mirantur, diuersa Latini sermonis ratio minus permiserit. In epistolis quidem, quamquam sunt utriusque, nulla contentio est. Cedendum vero in hoc quidem, quod ille & prior fuit, & ex magna parte Ciceronem, quantus est, fecit. Nam mihi videtur M. Tullius, cum se totum ad imitationem Graecorum contulisset, effinxisse vim Demosthenis, copiam Platonis, iucunditatem Isocratis.

LIB. EOD. CAP. II.

Longē perfectissimus Graecorum Demosthenes, aliquid tamen aliquo in loco melius alij, plurima ille: sed non qui maxime imitandus, etiam solus imitandus est,

Demosthenis

LIB. EOD. CAP. III.

Quare silvarum amœnitas, & præter labentia flumina, & inspirantes ramis arborum auræ, volucrumque cantus, & ipsa latè circumspecti libertas, ad se trahunt: ut mihi remittere potius voluptas ista videatur cogitationem, quàm intendere. Demosthenes melius, qui se in locum, ex quo nulla exaudiri vox, nihilque prospici posset recondebat, ne aliud agere mentem cogere oculi. Ideoque lucubranteis silentium noctis, & clausum cubiculum, & lumen vnum velut rectos maximè teneat.

LIB. EOD. CAP. EOD.

Quid alioqui fiet, cum in medio foro, tot circumstantibus iudiciis, iurgiis, fortuitis etiam clamoribus, erit subito continua oratione dicendum, si particulas, quas ceris mandamus, nisi in solitudine reperire non possumus? Propter quæ ille tantus amator secreti Demosthenes, in litore, in quod se maximo cum sono fluctus illideret, meditans, consueſcebat concionum fremitus non expauescere.

LIB. II. CAP. III.

Equidem vel mediocrem orationem commendatam viribus actionis, affirmaverim plus habiturum esse momenti, quàm optimam eadem illa destitutam. Siquidem & Demosthenes, quid esset in toto dicendi opere primum, interrogatus, pronuntiationi palmam dedit, eidemque secundum ac tertium locum, donec ab eo queri desineret: ut eam videri posset non præcipuam, sed solam iudicasse. Ideoque ipse tam diligenter apud Andronicum hypocritam studuit, ut admirantibus eius orationem Rhodiis, non immerito Aeschines dixisse videatur, Quid si ipsum audiuissetis?

LIB. EOD. CAP. VLT.

Quare longiorè dicturis periodum, colligendus est spiritus: ita tamè, ut id neque cum sono faciamus, neque omnino ut manifestum sit, reliquis partibus optimè inter iuncturas sermonis reuocabitur. Exercendus est autem, ut sit quàm longissimus: quod Demosthenes ut efficeret, scadens in aduersum continuabat quàm posset plurimos versus. Idè quod facilius verba ore libero exprimeret, calculos lingua voluens dicere domi solebat.

LIB. EOD. CAP. EOD.

Decor quoque à gestu atque motu venit. Ideoque Demosthenes grande quoddam intuens speculum, componere actionem solebat. Ad eò quauis ille fulgor sinistras imagines reddat, suis demum oculis credit quod efficeret.

CAP. EOD.

Iactatur & humeri: quod vitium Demosthenes ita dicitur emendasse, ut, cum in angusto quodam pulpito stans diceret, hasta humero dependens immineret: ut, si calore dicens vitare id excidisset, offensione illa comonertur.

LIB. XII. CAP. I.

Nunc de his dicendum est, quæ mihi quasi cõspiratione quadam vulgi reclamari videntur. Orator ergo Demosthenes non fuit? atqui malum virum accepimus. Non Cicero? atqui huius quoque mores multi reprehenderunt. Quid agam? magna responsio inuidia subeunda est, mitigandæ sunt prius aures. Mihi enim nec Demosthenes tam graui mortum dignus videtur inuidia, ut omnia, quæ in eum ab inimicis cõgesta sunt, credam cum & pulcherrima eius in Republica cõsilia, & finem vite clarum legam. Nec M. Tullio defuisse video, in illa parte, cuius optimi voluntatem, testimonio est actus nobilissimè consulatus: integerrimè prouincia administrata: & repudiatus vigintiuiratus: & civilibus bellis, quæ in ætatem eius grauisima inciderunt, neque spe neque metu declinat animus, quo minus se optimis partibus, id est reipublice iungeret.

LIBRO EODEM, CAPITE EODEM.

Transco illos, qui Ciceroni ac Demostheni ne in eloquentia quidem satis tribuunt: quanquam neque ipsi Ciceroni Demosthenes videatur satis esse perfectus, quem dormire interim dicit: nec Cicero Bruto, Caluocque, qui certè compositionem illius etiam apud ipsum reprehendunt: nec Asinio utriusque qui vitio orationis eius etiam inimicè pluribus locis insequantur.

LIBRO EODEM, CAPITE SECUNDO.

Quæ denique intelligi saltem potest eloquentia hominis optima nescientis? Hæc si ratione manifesta non essent, exemplis tamen crederemus. Siquidem & Periclem, cuius eloquentiæ etiam si nulla ad nos monumenta venerunt, vim tamen quandam incredibilem cum historici, tum etiam liberrimum genus hominum, comici veteres tradunt, Anaxagoræ physici constat auditorem fuisse: & Demosthenem, principem omnium Græciæ oratorum dedisse operam Platoni. Nam M. Tullius non tantum se debere scholis rectorum quantum academiæ spaciis, frequenter ipse testatus est.

LIBRO EODEM, CAPITE SEXTO.

Agendi autem initium sine dubio secundum vires cuiusque sumendum est: neque ego annos definiam, cum Demosthenem puerum admodum actiones pupillares habuisse manifestum sit: Caluus, Cæsar, Pollio, multum ante quæstoriam omnes ætatem grauisima iudicia susceperunt: pretextatos egisse quosdam sit traditum: Cæsar Augustus duodecim natus annos, auiam pro Rostris laudauerit.

LIBRO EODEM, CAPITE DECIMO.

Quid denique Demosthenes? non cunctos illos tenuis & circumspectos, vi, sublimitate, impetu, cultu, cõpositione superauit? non insurgit? locis? non figuris gaudet, non translationibus nitet? non oratione ficta dat carentibus vocem? non illud iurandum per cæsos in Marathone ac Salamine propugnatores reipublice satis manifestè docet præceptorem eius Platonem fuisse? Quæ ipsum num Asianum appellabimus, plerumque instinctis diuino spiritu vobis comparandum?

LIBRO EODEM, PAV- LO PDS.

Itaque si quis nunc ad eas Demosthenis virtutes, quas ille summus orator habuit, tamen quæ defuisse ei, siue ipsius natura, siue lege ciuitatis videtur, adiecerit? ut affectus concitatus moueat, audiam dicentem, non fecit hoc Demosthenes? & si quid exierit numeris aptius, fortasse non possit, sed tamen si quid exierit, non erit Atticum?

EODEM CAPITE.

Quod si mihi des consilium iudicum sapientum, perquam multa tecum danda ex orationibus non Ciceronis modo, sed etiam eius, qui est strictior multo, Demosthenis.

DE EODEM, EX P. CORNELIO TACITO, IN DIALOGO DE ORATORIBUS.

Sed hoc primum interrogabo, quos vocetis antiquos quam oratorum ætatem signatione ista determinetis. Ego enim, cum audio antiquos, quosdam veteres & olim natos intelligo, ac mihi versantur, ant e

ante oculos Vlyfles & Nestor, quorum ætas mille ferè, & CC annis seculum nostrum antecedit. Vos autem Demosthenem & Hyperidè percipitis, quos satis constat Philippi & Alexandri temporibus floruisse, ita tamen ut utriusque superstites essent. Ex quo apparet non multo plures, quam CCC annos interesse inter nostram & Demosthenis ætatè. Quod spaciù temporis, si ad infirmitatem corporum nostrorum referas, fortasse longum videatur: si ad naturam seculorum & respectum huius immensi ævi, perquam brevis, & in proximo est. Nam si, ut Cicero in Hortensio scribit, is est magnus & verus annus, quo eadem positio cœli, siderumque, quæ cum maximè est, rursus existet, isque annus horum quos vocatis, annorum quindecim millia complectitur, incipit Demosthenes vester, quem vos veterem & antiquum fingitis, non solum eodem anno, quo nos, sed ferè eodem mense existisse.

EX EODEM DIALOGO, paulo post.

Quem (oratore) non posse aliter existere, nec existisse unquam confirmo, nisi eum, qui tanquam in aciem omnibus armis instructus, sic in forum omnibus artibus armatus exierit. quod adeo negligitur ab horum temporum disertis, ut in orationibus eorum fæx quoque quotidiani sermonis fœda, ac pudenda vitia deprehendantur: ut ignorent leges, non teneant S. C. ius civitatis vltro derideant: sapientiæ verò studium & præcepta prudentium penitus reformident: in paucissimos sensus, & angustas sententiâ detrudat eloquentiam, velut expulsam regno; ut, quæ olim omnium artium domina pulcherrimo comitatu pectora implebat, nunc circumcisa & amputata sine apparatu, sine honore, penè dixerim sine ingenuitate, quasi vna ex fordidissimis artificii discatur. Ego hæc primâ & præcipuâ causâ arbitror, cur tantum ab eloquentia antiquorum oratorum recesserimus. Si testes desiderantur, quos potiores nominabo, quam apud Græcos Demosthenem, quem studiosissimum Platonis auditorem fuisse memoriæ proditum est.

DE EODEM EX AVLO Gellio libro primo, capite octavo.

Hocion ex Peripatetica disciplina, haud sanè ignobilis vir fuit. Is librum multæ, variæque historiæ refectum composuit: eumque inscripsit, *κέρως ἀμαλθίας*, ea vox hoc fermè valet, tanquã si dicas, Cornu copix. In eo libro super Demosthene rhetore, & Laide meretrice historia hæc scripta est: Laïs, inquit, Corinthia ob elegantiam, venustatemque formæ grandem pecuniam demerebat: conuentusque ad eã ditiorum hominum ex omni Græcia celebres erant: neque admittebatur, nisi qui dabat, quod poposcerat: poposcebat autem illa nimiam quantitatem. Hinc ait natum esse illud frequens apud Græcos adagium, *ὄν παντός ἀνδρὸς εἰς κέρως ἀμαλθίαν ἐστὶ ὁ πλοῦς*: quod frustra iret Corinthum ad Laidem, qui non quiret dare, quod poposceretur. Ad hanc ille Demosthenes clanculum addit: & ut sibi sui copiam faceret, petit. At Laïs *μυριάς δραχμῶν, ἢ πέντακοντα* poposcit: hoc facit numi nostratis denarij decem millia. Tali petulantiæ mulieris, atq. pecuniæ magnitudine iectus, expavidusque Demosthenes, auertit iter, & discedens: Ego, inquit, poenitere tanti non emo. Sed Græca ipsa, quæ fertur dixisse, lepidiora sunt, *ὄν ἁπάντων ἀνδρῶν, ἢ πέντακοντα δραχμῶν μεταμέλειαν*.

EX EODEM, LIBRO 3. capite. 13.

Hermippus hoc scriptum reliquit: Demosthe-

nem admodum adolescentem ventitare in Academiâ, Platonemque audire solitum. Atque is, inquit, Demosthenes domo egressus, ut ei mos erat, cum ad Platonem pergeret, compluresque populos concurrentibus videret, percontatur eius rei causam: cognoscitque currere eos auditum Callistratum. Is Callistratus Athenis orator in repub. fuit, quos illi *δημαγωγῶν* appellant. Visum est paulum devertere, experiri que, an ad digna auditu tanto prope ratu studio foret. Venit, inquit, atque audit Callistratum, nobilem illam *πρὸς δεισιφροσύνην* dicentem. Atque ita motus, & demulctus, & captus est, ut Callistratum iam inde sectari cœperit, Academiâ cum Platone reliquerit.

EX EODEM, LIBRO X. capite 19.

Incessebat quempiam Taurus philosophus seuera atque vehementi oratione adolescentem, à rhetoribus & facundiæ studio ad disciplinas philosophiæ transgressum, quod factum quiddam esse ab eo diceret inhonestè & improbè. At ille non ibat inficias fecisse, sed id solitum esse fieri defendebat, turpitudinèque delicti, exemplorum vsu & consuetudinis veniâ deprecabatur. Atque ibi Taurus isto ipso defensionis genere irritator: Homo, inquit, stulte & nihili, si te à malis exemplis autoritates, & rationes philosophorū non abducunt, ne illius quidem Demosthenis vestri (*κατ' Ἀνδροπίωνος*) sententia tibi in mentem venit? quæ quia lepidis, & venustis vocū modis vincita est, quasi quædam cantilena rhetorica, facilius adhærere memoriæ tuæ potuit. Nam si me, inquit, non fallit, quod quidem in priori pueritia legerim, verba hæc sunt Demosthenis aduersus eum, qui (ut tu nunc facis) peccatum suum peccatis alienis exemptum, purgatūque ibat: *ὄν δὲ μὴ λέγε ὡς γέρονε τὸ τοῦ οὐτοῦ πολλὰ κίς, ἀλλ' ὡς οὐτοῦ φροσύνην γίνεσθαι. οὐ γὰρ εἴ τι πρότερον μὴ κατὰ τοὺς νόμους ἐπελάθῃ, οὐ γὰρ τὸ ἐμμεύσασθαι, ἀλλ' ὡς τὸ εὐποροῦναι ἀδικημάτων ἀλλὰ πολλῶν μάλλον ἀλίκοις. ὡς περὶ γὰρ εἴς τε ἄλλω, οὐ ταῦτα ἐκ ἀνέγραψας, οὕτως ἀνὸς νῦν ἀλλ' ἄλλω οὐ γράψας. i.* Tu autè noli dicere ita se penumero factitatū esse, sed ita fieri conuenire. Non enim si quid aliquando non consentaneum legibus actum est, & tu hoc imitatus es, iccirco iure absoluaris: sed multo magis damnari debeas. Quemadmodum enim si quis damnatus esset, tu hoc decretum non scripsisses: ita si tu nunc damnatus fueris, alius non decerneret.

EX LIBRO VNDECIMO, capite nono.

Critolaus scripsit, legatos Mileto publicè rei causa venisse Athenas, fortasse dixerit auxiliij petendi gratia. Tum qui pro sese verba facerent, quos visum erat, aduocasse, aduocatos (ut mandatum erat) verba pro Milesijs ad populum fecisse, Demosthenem Milesiorum postulatis acriter respondisse, neque Milesios auxilio dignos, neque ex republica id esse contēdisse. Rem in posterum diem prolatam, legatos ad Demosthenem venisse, magnòque opere rogasse, ut contra ne diceret: eum pecuniam petiuisse, & quantum petiuerat, abstulisse. Postridie cum res agi denuò cœpta esset, Demosthenem lana multa collum, ceruicèsq. circumuolutū, ad populū prodisse, se *συνάχην* pati: eò contra Milesios loqui non quire. tum è populo vnū exclamasse, non *συνάχην*, quod Demosthenes pateretur, sed *ἀγυράχην* esse. Ipse etiam Demosthenes, ut idem Critolaus refert, nō id postea cōcelauit, quin gloriæ quoque hoc sibi assignauit. Nā cum interrogasset Aristodemum actorem fabularū, quātū mercedis, uti ageret, accepisset, & Aristodemus talētū respōdisset: At ego, *πλ'*, inquit, accepi, ut tacerē.

Demosthenis Elogia.

EX EODEM LIBRO,
capite 10.

Quod in capite superiore à Critolao scriptum esse diximus, super Demosthene, id C. Gracchus in oratione, qua legem Auferam dissuasit, in Demadem contulit verbis hisce: Nam vos, Quirites, si velitis sapientia atque virtute uti, & si queratis, neminem nostrum inuenietis sine precio huc prodire: omnes nos, qui verba facimus, aliquid petimus, &c.

EX LIBRO DECIMOQVIN-
to, capite 28.

In qua re etiam Fenestellam errasse, Pædianus Africanus animaduertit: quod eum (Ciceronem) scripserit, sexto & vigesimo ætatis anno pro Sexto Roscio dixisse. Longior autem Nepotis, quam Fenestellæ, error est: nisi quis vult in animum inducere, studio amoris & amicitie adductum, amplificandæ admirationis gratia, quadrennium Nepotem suppressisse: M. Cicero orationem florentem dixisse pro Roscio, admodum adolescens videretur. Illud ad eum ab utriusque oratoris studiosis animaduersum, & scriptum est, quod Demosthenes & Cicero pari ætate illusterrimas orationes in causis dixerint: alter *ἄνδρα προτιωβος, ἡγὴ ἡγῆται Τιμοκρίτους*, septem & viginti annos natus: alter anno minor pro P. Quintio: septimo & vigesimo, pro Sexto Roscio. Vixerunt quoque non nimis numerum annorum diuersum: alter treis & sexaginta annos, Demosthenes, 60.

EX LIBRO DECIMOSE-
ptimo, cap. 21.

Circa annum deinde vrbis conditæ CCCC. Philippus Amyntæ filius Alexandri pater regnum Macedoniae adeptus est, in eoque tempore Alexander natus est. Paucisque inde annis post, Plato philosophus ad Dionysium Siciliae tyrannum posteriorem profectus est. Post deinde aliquanto tempore, Philippus apud Charoneam prælio magno Atheniensis vicit. Tum Demosthenes orator ex eo prælio salutem fugam quaesivit. Cùmque id ei quod fugerat probrosè obiceretur, versu illo notissimo illudit, *Ἄνδρα ὁ φάγῳν ἔχῃ πῆλιν μαχέσεται*. Postea Philippus ex insidiis occiditur, & Alexander regnum adeptus, ad subigendos Persas in Asiam atque in Orientem transgressus est. Alter autem Alexander, cui cognomentum Molosso fuit, in Italiã venit, bellum populo Romano facturum. Iam enim fama, virtusque felicitatis Romanæ apud exterarum gentium enitescere inceperat. Sed prius quam bellum faceret, vita decessit. Eum Molossum cùm in Italiam transiret, dixisse accepimus, se quidem ad Romanos ire quasi in *Ἄνδρα προτιωβος*, Macedonem esse ad Persas, quasi in *ἡγεμονίῳ*. Postea Macedo Alexander pleraque parte Orientali subacta, cùm annos regnauisset vndecim, obiit mortis diem. Neque ita longè post, Aristoteles philosophus, & post aliquanto Demosthenes, vita functi sunt.

DE EODEM, EX PLINIO,
libro septimo, capite 30.

Aeschines Atheniensis summus orator, cùm accusationem, qua fuerat vsus, Rhodi legisset, legit & defensionem Demosthenis, ob quam in illud depulsus fuerat exsulum: mirantibusque tum magis fuisse miraturos dixit, si ipsum orantem audiissent: in calamitate testis infans factus inimici.

DE EODEM LIBRO
33. cap. 1.

Alij sub gemmis venena cludunt, sicut Demosthenes, summus oratorum Græciæ, annulosque mortis causa habent.

A DE EODEM, EX POMPO-
nio Mela, cap. 7.

Circa Peloponnesensem etiam nunc in Aegæo Phitiussa, & Aegina Epidaurico litori, proxima, Træzenio Calauria interingnobileis: alias letho Demosthenis nobilis.

DE EODEM EX IUVENE-
nale, Sat. 10.

Eloquium ac famam Demosthenis, aut Ciceronis Incipit optare, & totis quinquatribus optat: Quisquis adhuc uno partem coisit asse Mineruam, Quem sequitur custos anguste vernula capsæ: Eloquio sed uterque perit orator: utrumque Largus, & exundans letho dedit ingenij fons: Ingenio manus est & ceruix cæsa, nec unquam Sanguine caudicis maduerunt rostra pusilli. O fortunatam, natam me consule, Romam, Antoni gladios potuit contemnere, si sic Omnia dixisset ridenda poemata malo, Quam te conspicua diuina Philippica fame, Volueris à prima que proxima, scuis & illum Exitus eripuit, quem mirabantur Arbene Torrentem, & pleni moderantem frena theatri. Dux ille aduersis genitus, fatique sinistro, Quem pater ardentis massa fuligine lippus A carbone, & forcipibus, gladioque parante. Incude, & luteo Vulcano ad rhetora misit.

DE EODEM, EX AVSONII
epistola 32, ad Symmachum.

Quis ita ad Aesopi venustatem, quis ad sophisticas Isocratis conclusiones, quis ad enthymemata Demosthenis, aut opulentiam Tullianam, aut proprietatem nostri Maronis accedat?

DE EODEM, IN PRÆFA-
tione commemorationis profes-
sorum Burdigalens.

*Dicendi torrens tibi copia, que tamen aurum,
Non etiam luteam volueru illauiem.
Et Demosthenicum quod ter primum ille vocauit
In te sic vixit, cedat ut ipse tibi.*

D. ERASMVVS ROTERO-
damus in Præfatione
Demosthenis.

Demosthenes plus artis habet, quam prima fronte præ se ferat. Hic enim, quod honorifico ioco dixit Demades, scripsit ad aquam, nec nisi à sobriis ac vigilantibus potest intelligi. Proinde quod de M. Tullio scripsit, &c. Fabius, pari iure de Demosthene dici potest: Is se sciet in arte dicendi profecisse, cui Demosthenes valde placere coeperit. Quem admodum tabula magno artificio depicta, nemo magnopere delectatur artis imperitus: ita Demosthenis diuinum illud, & quod facundissimi quisque semper in eo mirati sunt, *τὸ δεινόν*, non sentitur, nisi & Rhetoricis præceptionibus exercitatis, & historiarum cognitione instructis. Itaque patiar, ut puer quidem degustet Demosthenem: sed ad eum seriò redeat, iam factus oculatior, quo perspiciat illam verè Atticam venerem, illud excussum iudicium, illa summo artificio contorta enthymemata, postremò vim illam omnibus admirabilem, vix vlli imitabilem. Elegans interim fuerit exercitatio, quod à veteribus nonnullis factum est in Homero ac Vergilio, si quis idem faciat in Demosthene & M. Tullio: ut ex collatione locorum deprehendat, quid hic ab illo sit mutuatus, & vbi noster sit Græco par, vbi superior, vbi ab exemplari non nihil degeneret imitatio. Vix alia res æquè con-
ducit

Elogia.

ducit ad parandum iudicium. Non hic sumpturus sum operam in laudando Demosthene, ad quem pro dignitate prædicandum opus esset eloquentia Demosthenica: imò nulla potius opus est eloquentia, ad eum laudandum, quem vno ore ad cælum ferunt omnes.

IO. LOD. VIVES, LIB. DE Tradendis disciplinis tertio.

IN Demosthene, quem crebrò habebis in manibus, absoluta est linguæ illius vis ac gratia: non aliter quàm de Ciceronis orationibus diximus.

IDEM, DE CICERONE.

In orationibus Ciceronis, sunt ornamenta, lumina, & virtutes omnes dicendi.

IDEM, RHETORICORVM II. B

Idcirco Demosthenes Ciceroni à quibusdam eò antepositur, quòd minus artem præferat, minusque sapiat scholam, communi sermone accommodatior.



CICERO LIB. III. DE Republica.

Aeschines Atheniensis, vir eloquentissimus, cum adolescens tragedias actauisset, rempublicam capessuit, & Aristodemum, tragicum item actorem, maximis de rebus pacis ac belli legatum ad Philippum Athenienses sæpe miserunt.

IDEM TVSCVL. QVÆSTIONVM. libro 3. vbi de luctu agit.

Sed hæc omnia faciunt opinantes ita fieri oportere. Itaque & Aeschines in Demosthenem inuehitur,

A quòd is septimo die post filiae mortem hostias immolasset. at quàm rhetoricè quàm copiosè quas sententias colligit? quæ verba contorquet? vt licere quidvis rhetori intelligas, quæ nemo probaret, nisi inlitum illud in animis haberemus, omnes bonos interitu suorum quàm grauissimè mœrere oportere.

ET IN ORATORE.

Atheniensium semper fuit prudens sincerumque iudicium. nihil vt possent nisi incorruptum audire, & elegans. Eorum religioni cum seruiret orator, nullum verbum insolens, nullum odiosum ponere audebat. Itaque hic, quem præstitisse diximus ceteris, in illa pro Ctesiphonte oratione longè optima summissus à primo: deinde dū de legibus disputat, pressius: post solum incedens, iudices vt vidit ardentis, in reliquis exultauit audacius. Attamen in hoc ipso diligenter examinante verborum omnium pondera, reprehendit Aeschines quædam, & exagitat, illudensque dura odiosa, intolerabilia esse dicit. Quin etiam querit ab ipso, cum quidem eum beluam appellet, vtum illa verba, an portenta sint: vt Aeschini ne Demosthenes quidem videatur Atticè dicere. Facile est enim verbum aliquod ardens (vt ita dicam) notare, idque restinctis iam animorum incendiis, irridere. Itaque se purgans iocatur. Demosthenes. Negat in eo positas esse fortunas Græciæ. * in hoc in eum, * huc an illuc manum porrexerit.

DE ORATORE III.

Suauitatem Isocrates, subtilitatem Lysias, acumen Hyperides, sonitum Aeschines, vim Demosthenes habuit.

DE OPT. GEN. ORAT.

C A me autem (vt cum maximis minima conferam) gladiatorum par nobilissimum inducitur, Aeschines tanquam Aescrinus (vt ait Lucilius) non spurcus homo, --- sed doctus & acer, cum Placideiano hic componitur, optimum longè Post homines natos. --- Nihil enim illo oratore arbitror cogitari posse diuinius.



LIABNII ARGVMEN-
TVM PRIMÆ, AC POTIVS
omnium Olynthiacarum
orationum.

Olynthi o-
rigo &
res gestæ.

OLYNTHVS Thraciæ fuit vrbs: eam Græci tenuerunt, oriundi Chalcide: quod est Eubiæ oppidum, Atheniensium colonia. Multa porrò & præclara Olynthij, vt & cum Atheniensibus, qui Græcis imperarunt olim, & item cum Lacedæmoniis, bella gesserunt: ac magnam tandem adepti potentiam, inter cognatas ciuitates excelluerunt. Non parua enim in Thracia Chalcidicæ gentis multitudo fuit. Post, in ita cum Philippo rege Macedoniae societate Olynthij, cum eo primum Atheniensibus arma intulerunt: idque partim Anthemuntum oppidum acceptum, de quo inter Macedones & ipsos contentio fuerat: partim ob Potidæam, quam Philippus expugnatam ereptamque Atheniensibus, Olynthius tradiderat. Tandem suspectum habere cœperunt regem, quod & magna eius, subitâque incrementa, & parum fidum esse ingenium viderent. Obseruato igitur tempore, quo is peregrè abesset, missis legatis, pacem cum Atheniensibus fecerunt: in quo iactam cum Philippo fœdus violabant. Pacti autem fuerant, se communiter bellum & gesturos cum Atheniensibus: & si aliud visum esset, communiter composituros. Philippus autem iam pridem causam contra eos quaritans, tum verò hanc nactus, bellum eis vt fœdus fragis, & cum hostibus suis amicitia fœdere coniunctis, infert. Quare hi legatos Athenas mittunt ad petendum auxilium, iis Demosthenes patrocinator, & opem ferre iubet Olynthiis: quod in eorum salute sit posita securitas Atheniensium. Nunquam enim Philippum, saluis Olynthiis, in Atticam venturum: Athenienses autem facultatem habituros esse nauigandi in Macedoniam, atque in ea gerendi belli. Sin vrbs hæc à Philippo subacta fuerit: apertam esse viam regi ad inuadendum Athenienses. Negat autem Philippum tam superatum esse difficilem, quam putetur: vt animos contra eum faciat Atheniensibus. Differit etiam de pecunia publica: suadetque, vt à spectaculis ad militiæ usum transferatur. Ac morem, quo Athenienses quondam sunt vti, minus notum, explicari necesse est. Cum olim non saxeum esset apud eos theatrum, sed in ligneis tabulis coassatum, omnesque locum occupare properarent: & verberibus & vulneribus etiam interdum alij alios afficiebant. Quod magistratus Atheniensium prohibitori, vana fecerunt loca, vt nemo nisi binis obolis numeratis, ad spectandum admitteretur. Ne verò pauperes eo sumptu premi viderentur: constitutum fuit, vt è publico binos illos obolos quisque acciperet. Quæ consuetudo inde orta, eo usque processit, vt non eo nomine duntaxat acciperent, sed prorsus omnem pecuniam publicam distribuerent. Vnde etiam ad militiam segnes facti sunt. Quam enim pecuniam olim propter expeditiones è publico in stipendium accipiebant: eam tum in spectaculis &

Demo-
sthenes
Olynthi-
os contra
Philippum
defendi iu-
bet.

De thea-
trali pecu-
nia in mi-
litiâ conuertē-
da.

βολοις. ἐν τούτῳ μὲν οὐδὲν ἦρξεν. ἄλλοτε δὲ εἰς τοσοῦτον, ὥστε οὐκ εἰς τὸ μόνον ἐλάμβανον, ἀλλὰ ἀπλῶς πάντα τὰ δημόσια χρήματα διενέμοντο. ὕδεν καὶ ὡς τὰς στρατίας ἐκινεῖται κατέστησαν. πάλαι μὲν γὰρ στρατοδύμοι, μισθὸν ὡς τῆς πόλεως ἐλάμβανον. τὸ τε δὲ ἐν ταῖς στρατείαις καὶ

ΛΙΒΑΝΙΟΥ ΥΠΟΘΕ-
ΣΙΣ, ΤΟΥ ΟΛΥΝΘΙΑΚΟΥ

πρώτου λόγου.



ΟΛΥΝΘΟΣ ἡ πόλις ἐπὶ Θράκης ἐλλυμὸν δὲ τῷ τῆς ἐνοικοῦντων τὸ γένος, ἀπὸ χαλκίδος τῆς ἐν εὐβοίᾳ, ἢ δὲ χαλκίδος ἀθλιωῶν ἀποικος. πολλοὶ ἦ πόλεμοι καὶ ἐνοδοῖοι τῷ ὀλυμίου. ἀθηναιοῖς τε γὰρ ἐπολέμησεν, ἀρχοῦσι τῆς ἐλλυμίων τὸ παλαιόν, καὶ αὐτῶν λακεδαιμονίοις. χρεῖα τε εἰς δυνάμιν ἔσθλην δε μὲν ἀλλυ, καὶ τῆς συγχεῖν πόλεων ἔσθλει χει. ἡ γὰρ ἐπὶ Θράκης πολὺ τὸ γένος χαλκιδικόν. φιλιππῶν ἦ τῶν μακεδόνων βασιλεῖ συμμαχῶν οἱ ὀλυμίοι ποιησάμενοι, καὶ πολεμουῦτες μετ' αὐτῶν ἔσθλει ἀθλιωῶν τὸ κατ' ἀρχαίς, καὶ τὸ μὲν αὐτῶν μετὰ τῶν μακεδόνων εἰληφότες, πόλιν ἀμφοισθητήσιμον μακεδόνων καὶ ὀλυμίοις, τὸ δὲ ποτὶ ἀμα, ἡ ἀθλιωῶν ἐχόντων, ἐμπολιορήσας ὁ φιλιππῶν ὀλυμίοις παρέδωκεν ὕστερον ὑποπλάσειν ἦρξεν τὸν βασιλεῖα, ὁρῶντες αὐτῶν ταχέως ἐ πολλῶν τῶν αὐξήσων, οὐκ ἔστι δὲ τῶν γνώμων. ἀπὸ δημοῦντα δὲ πηρήσαντες αὐτῶν, πύμψαντες ἔσθλει ἀθλιωῶν, κατελύσαντο τὸν ἔσθλει αὐτοῖς πόλεμον, ποιουῦτες τὸ ὡς τὰς συστῆκας τὰς ἔσθλει φιλιππῶν. * συνετέθειτο γὰρ καὶ κοινῆ πολεμῆν ἔσθλει ἀθλιωῶν, καὶ ἄλλο τὸ δόξῃ, κοινῆ ἀείσαται. ὁ δὲ φιλιππῶν πάλαι μὲν ἔσθλει ἀθλιωῶν ἐπὶ αὐτοῖς δόμοις, τότε ἦ τῶν λαβῶν, ὡς τὰς συστῆκας ὡς ἀβελήκοσι καὶ ἔσθλει τοῖς ἐχθροῖς τοῖς ἐαυτῶν φιλιππῶν ἐσθλει μὲν πόλεμον ἐπὶ τῶν κεν. οἱ δὲ πεπύμοσσι ἔσθλει εἰς ἀθλιωῶν, ὡς βοθησίας. οἷς ὁ δημοσθίνης συμαγορῶν, βοθητεῖν κελεύων τοῖς ὀλυμίοις. καὶ φησι τῶν ὀλυμίων σωτηρίαν ἀσφάλειαν τῆς ἀθλιωῶν ἐπὶ σωζομένων γὰρ τῶν ὀλυμίων, οὐδέποτε ἦξεν εἰς τῶν ἀτίκῶν φιλιππῶν, ἀλλὰ τοῖς ἀθλιωῶν ἐξουσίαν ἐσθλει πλεῖν ἐπὶ τῶν μακεδόνων, καὶ καὶ ποιείσθλει τὸν πόλεμον εἰ δὲ ὑπὸ φιλιππῶν γήνηται ἡ πόλις αὐτῆ, αὐτῶν τῶν ἐπὶ τοῖς ἀθλιωῶν ὁδὸν τῶν βασιλεῖ. * φησι δὲ δυσμαχῆτον ἐπὶ τὸν φιλιππῶν οὐκ ὡς ὑπέληπται, στρατιῶν ἐπὶ αὐτῶν τοῖς ἀθλιωῶν. διείλεται δὲ καὶ ὡς τῆς δημοσίων χρημάτων, συμβουλόων ποιῶσαι αὐτὰ στρατιῶν αὐτῶν δωρεῶν. καὶ τὸ ἔσθλει οὐ ἔσθλει ὅν, ὡς ἐχθρῶν οἱ ἀθλιωῶν, ἀγάγη σαφύνισα. οὐκ ὄντες τὸ παλαιόν δεῦρο λιθίου παρ' αὐτοῖς, ἀλλὰ ξυλίαν συμπηγνυμῶν ἰκεῖων, ὡς αὐτῶν καταλαμβαῖν τὸν πόλεμον ἀδύδοντων, πλησίον ἐγένοντο, καὶ που καὶ ξυμμάται, τὸ κωλύσθλει βελήδεις οἱ ἔσθλει τῶν ἀθλιωῶν. ὠνητοῖς ἐποίησαντο τοῖς πόποις. καὶ ἔκρυσον ἔδει διδόναι δύο ὀβολοῖς, καὶ καταβαλόντα, δῖαν ἔχειν. ἵνα δὲ μὴ δοκῶσιν οἱ πένητες τῶν ἀγαλῶμα πλυπέσθλει, ὡς τῶν δημοσίου λαμβάειν ἔκρυσον ἐτάθη τοῖς δύο ὀβολοῖς. ἐν τούτῳ μὲν οὐδὲν ἦρξεν. ἄλλοτε δὲ εἰς τοσοῦτον, ὥστε οὐκ εἰς τὸ μόνον ἐλάμβανον, ἀλλὰ ἀπλῶς πάντα τὰ δημόσια χρήματα διενέμοντο. ὕδεν καὶ ὡς τὰς στρατίας ἐκινεῖται κατέστησαν. πάλαι μὲν γὰρ στρατοδύμοι, μισθὸν ὡς τῆς πόλεως ἐλάμβανον. τὸ τε δὲ ἐν ταῖς στρατείαις καὶ

